



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 346/15

SORANAE - CASSINENSIS - AQUINATENSIS - PONTISCURVI

Instante Excellentissimo Domino Gerardo ANTONAZZO, Episcopo Sorano - Cassinensi - Aquinatensi - Pontiscurvi, litteris die 7 mensis Iunii anno 2015 datis, preces et vota cleri atque christifidelium expro-mente, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vi-gore facultatum a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, ecclesiam sanctuarii Deo in honorem Beatae Mariae Virginis de Canneto prope oppidum Septemfratres intra fines supradictae Dioecesis dicatam, in qua populus orans Dei Genetricem, spirituali eius maternitate sustenta-tus salutis aeternae praemia invocans, assiduo cultu veneratur, titulo et dignitate BASILICAE MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis con-cessionibus rite competentibus perlibenter exornat, servatis vero ser-vandis, iuxta Decretum «*De Titulo Basilicae Minoris*» die 9 mensis No-vembris anno 1989 evulgatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramento-rum, die 17 mensis Iunii anno 2015.



Robertus Card. Sarah

Robertus Card. SARAH
Praefectus

+ *Arturus Roche*

✠ Arturus ROCHE
Archiepiscopus a Secretis